



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

XV. Qui matrimonium accusare possunt vel contra illud testificari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

64
65
sent & debeat debitum sibi solvere conjugale: cum a
finitas post matrimonium inique contracta, illi nocere
non debeat, quae iniquitatis participes non existit.

*Subsequens effinitas non dirimit matrimonium, sed praecedens
legitima probata. h. d.*

Rgo praecedens affinitas, non subsequens dirimit ma-
trimonium. Sed nec id quidem indistincte obtinet.
nam si estis utriusque conjugum confectus assertione, accla-
mate etiam vicina, quod conjugatus ante contractum
matrimonium uxoris suae consanguineam cognoverit,
propterea conjuges separari non debent: nec enim talis
confessio momentum habere debet, cum alioqui facile
fieri possit, ut quicumque inter se contra matrimonium
velint colludere, ad confessionem incestus facile proficiant,
si suae assertioni Ecclesiae iudicium accessurum erede-
ant. Rumor autem vicinis non est adeo iudicandus
validus, ut, nisi fide dignae probationes accedant, possit i-
ta contraclum matrimonium irritare.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.
TITVLVS XIV.

*Prohibetur matrimonium clandestinum, nec postea opera-
tibus diffidere. h. d.*

Nec tamen post secutam copulam & susceptam
prolem, detectis quibusdam impedimentis, non
line graui scandalo contracta matrimonia retrahantur
oportet, ne, si alter conjugum qui clam contraxerit,
conjugium negaverit legitimis probationibus desit-
entibus, iudicis sententia rite fuerit absolutus, uterque
illis nubendo reatum incurrat adulterii, consalsissime
constitutum est. d. ut nullus fidelium occulte nuptias
contrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint, et
per tres hyerum proponantur publice, competenti ter-
mino praesentio, intra quem qui voluerit, & valuerit, le-
gitimum impedimentum opponat, & ut ipse quoque
testes per se inuestiget, utrum aliquid futuro mat-
rimonio obstat impedimentum.

*Quod si contraclum matrimonii, donec astat praesumptio,
quid non possit contrahi. h. d.*

Vis si apparuerit probabilis coniectura, contra-
ctus expressè interdicitur, donec quid fieri debeat,
manifestis constitit documentis.

*Nati ex clandestinis & interdictis matrimoniis non sunt legiti-
mi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Ecclesiae aut
sententiam divorcii ius legitimum, nisi uterque conjugum uoverit im-
pedimentum. h. d.*

Quicumque igitur verò huiusmodi clandestina & interd-
icta conjugia inire ausus fuerit, etiam ignoranter, pro-
ter ea huiusmodi conjunctione suscepta, proflus illegiti-
ma censetur, nec de parentum ignorantia ullam est ha-
bitura subditum: cum sic contrahentes, vel non exper-
tes sciant, vel saltem affectores ignorantibus videantur,
sunt alioqui, si ignorantes in faciem Ecclesiae contraxerint,
ante litam sententiam divorcii nati, & legitimi ha-
beantur, & in bona paterna hereditario iure succedant.
Idem iuris erit, si in conspectu quidem Ecclesiae contra-
xerint sed impedimentum ambo uoverint.

*Sacerdos contraclum constitutione Ecclesiae puniatur pro qualita-
te culpa, & clandestina matrimonia, si publicentur, recipi Eccle-
siae. h. d.*

And si parochialis sacerdos tales conjunctiones
prohibere contempserit, per triennium ab officio su-

a Cap. de for. in fi. & ca. pen. extr. d. tit. b Cap. super
in aut. de eo qui cogit. confa. c gl. in sum. 30. q. 5. & can. si quis di-
uina. §. si itaq. dist. 30. q. 5. d. Can. 20. q. 5. e C. cum inhi-
bitio. pen. extr. eod. tit. f d. c. cum inhi. §. cum autem. extr.
eod. tit. g d. cum inhi. §. si quis. ext. eod. tit. h d. ca. cum
inhi. §. si extr. eod. tit.

spendendus erit: grauius etiam puniendus, si culpa qua-
litas postulerit. Verum (ut supra indicauimus) si con-
trahens clandestina matrimonia publicare voluerint,
nisi alia causa impediatur, ab Ecclesia recipienda sunt, tan-
quam à principio in Ecclesiae conspectu contracta.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT.
VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.
TITVLVS XV.

*Non admittitur ad accusandum matrimonium, qui tempore
denunciationis sicut, nisi iures de calumniis. Et quod post denun-
tiationem nruis qua obiecturus est: & negligentia auctoritatis mei non
intelligitur esse mea. h. d.*

Non tamen quandoquocumque, aut indistincte om-
nes ad matrimonium impugandum admit-
tendi erunt. Nam si quis tempore factae à sacer-
dote denunciationis in ipsa dicecesi constitutus, nihil
contra matrimonium dixerit eidem mox conjunctos im-
petere minime concedendum erit, nisi proprio firmave-
rit iuramento, quod ea, quae obiecturus est, postea didi-
cerit. quandoque ad accusandum dolo non proficiat: quo
casu etiam, quod obiecturus est, ab illis didicerit, qui
denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet et ac-
cusandi aditus: quoniam etsi ab impetitione huiusmodi,
culpa ex tali silentio contracta, auctoribus excludat, iste
tamen, qui culpa caret, amoveri non debet.

*Ex causa etiam post denunciationem potest qui matrimonium
accusare. h. d.*

Idem iuris erit, si tempore denunciationis, vel extra
dicecesim commorabatur, vel alias denunciatio ad e-
jus notitiam pervenire non potuit: imputa, si nimis in-
firmis laborans, mentis non erat compos, vel in
annis tam teneris constitutus erat, ut ad talium rerum
perceptionem ejus aetas sufficere non valeret, five alia
legitima causa fuerit impediri.

*Ad accusandum matrimonium, non ex causa delicti, sed con-
juges admittuntur. h. d.*

Sed nec omnes ad accusationem, testimoniumve di-
cendum admitti debent: nam si de tali impedimento
agendum sit, quod neque conjugum in se delictum con-
tineat, nec ob id matrimonium dissolvi cuiusquam inter-
sit, praeterquam ipsorum conjugum (utputa, si erratum
in conditione status fuerit, vel si mulier ita sit arcta, ut
cognosci non possit, vel vir ita frigidus, ut coire nequeat)
soli ipsi conjuges admittuntur.

*Ad accusandum matrimonium ex causa delicti, omnes admittuntur,
sed potissimum conjunctores, autique, & honestiores.
h. d.*

Quod si delictum contineat, ut, quia aliqui in gradu
vetito vel contraxisse, vel contrahere velle dicantur,
tunc quilibet quidem ad accusandum recipitur, sed om-
nium maxime parentes: & filii desunt, proximiorque,
id est, foror, frater, patruus, avunculus, amita, matertera,
et omnique descendentes. Quod si progemes tota def-
cerit, ab antiquioribus, & honestioribus, quibus eadem
propinquitas nota verisimiliter esse debeat, accusatio, tes-
timoniumve recipi poterit. Ideo autem omnium max-
ime parentes, & conjunctiores admittuntur, quoniam u-
nusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, tum
verò ex recitatione majorum scire laborat. Nulli igitur
decentius admitti debent, quam qui melius sciunt.

*Speciale est in causa matrimonii, quod pater admittitur in
causa filii, & e contra. Et testimonium parentum interduum non do-
bet admitti, ubi est disparitas inter conjuges. h. d.*

Quod e autem legitur, pater non recipiatur in cau-
sa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus

a Ca. cum in tua. §. alioquin. extr. eo. tit. b Ca. cum in tua. §.
super quo. extr. eo. tit. c Ex videtur. extr. eo. tit. d Ca. cum pa-
ter. §. q. 6. e Ca. videtur. §. quod verò. extr. eo. tit.

causis & contractibus sibi locum vendicat in matrimonio vero coniungendo & impediendo, ex ipsius conjugii prerogativa, & quia favorabilis res est, congrue admittuntur. Vbi tamen a alter conjugum divitiis, honore, nobilitate, & potentia superior esset, testimonium illius, qui parens esset inferioris, a deo suspectum reddi, ut illud nullo modo sit admittendum: cum parentes filiorum incrementum, & honorem affectare proculdubio competantur.

Quales sit, & qualiter jurare debent testes super consanguinitate, h. d.

Quoties b ergo aliqui propter cognationem propinquitati, separari petuntur, duobus vel tribus ejusdem consanguinitatis testibus adhibitis, vel totidem sententibus & melioribus ejusdem loci, id debet legitime comprobati. Testium autem examinatio in hac causa duplicis intervntu juramenti fieri debet: ut iurent scilicet, & se non privato odio, neque amicitia, nec aliquis proprii commodi intuitu, ad hoc jurandum inductos: & sic ut ipsi dicunt, rei veritatem a maioribus accepisse, & credere ita esse.

Probatio matrimonialis impedimenti non potest reprobari, h. d.

Probatio e autem juramenti & impedimento matrimonii legitime probato, si quis contra praecedentem probationem partibus publicatam, quasi matrimonium impediri iure non valeat, probare velit, audiendus non est, sed priori standum erit probationi.

DE DIVORTIIS.
TITVLVS XVI.

Divortium est dissolutio matrimonii. Et separatio tunc potest appellari divortium, h. d.

Divortium d est dissolutio matrimonii, quae utroque vivente conjugum contingit. Sed & simplicem tunc separationem divortium non male appellamus.

Matrimonium regulariter dissolvi non potest, & nisi sequatur sit copula, sicutur per ingressum monasterii, ita ut remanens in seculo possit alteri nubere, h. d.

Sciendum est igitur legitime contractum matrimonium dissolvi non posse, quippe a Deo conjuncti ab homine separari non debent, nec valent: si tamen alter conjugum e, qui per verba contractus de presenti, copula non secuta, sese ad observantiam regularem voluerit astringere, poterit ad altero etiam inconsulto efficere: & ei, qui in seculo remanere voluerit, alteri se jungere permittendum erit, nec causari poterit religionem ingressus, se falsa ad id causa inductum, puta quod conjugem lepra percussam crederet, & ob id ejus abominatus complexus fuerit, cum & sine causa id ipsum facere poterit.

Discerni se velle ingredi religionem, est certum tempus praefigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad uxorem redeat, h. d.

Et si autem qui se ad religionem transire velle dicitur, certum est praefigendum tempus, intra quod legitime caveat, quod aut ad religionem se transferet, vel redibit ad conjugem.

Redditur rationem, cur non secuta copula per religionis ingressum matrimonium dissolvitur, h. d.

Nequae mirum videri debet, quod post legitimum de presenti praestitum consensum, carnis non secuta commissione g, alter conjugum etiam altero invito ad vitam regularem transitum facere valeat: quia cum nondum una caro effecti sint, satis probabiliter, uno ad Deum transiente, alter in seculo remanere poterit.

a C. super eo, extr. de testibus. b C. quoties, extr. de testibus. c C. juravit, extr. de probatione. d Ca. 1. in glo. 2. q. 7. & glo. 2. in c. omne. 27. q. 2. e C. ex parte. 5. nos autem, extr. de convers. conjugum. f C. ex publico, extr. de convers. conjugum. g C. 2. ext. de non. conjug.

Ter faci. ordinis susceptionem non debet matrimonium, etiam non consummatum, h. d.

Divertum statuitur, si quis posthabito Canonico officio ingressus, post aliquam per verba de praesenti desponsatam, sacros ordines susceperit, quatenus matrimonium per sacri susceptionem ordinis ac dimissionem illius contractum habeat effectum: ad dissolvendum tamen prius contractum etiam non consummatum, irritum censetur. Ideoque talium ordinum non obtinenda suspensio, si ad proferendam probam religionem matrimonium consummare, per censuram Ecclesiasticam non pellendus erit.

Cultus disparitas, & creatura contractus facit ipsa non vincula: & quod facti Papa, Deo censuram facit, h. d.

Ed & si inter infideles matrimonio contracta licita copula fuerit, si alter qui in infidelitate pertractata velit a fidei disjungit, aut non nisi eum conuincendo toris, cum altero commorari, licet in Christiano non modo matrimonium dissolvere, sed etiam in fidei disjungit, alteri se matrimonio jungere. Quibus cum auctoritate sedis Apostolicae, & Romanae Pontificis divina potestate conjugum dissolutio impeditur.

Ob veram etiam impotentiam, non est potestas separandi matrimonium, h. d.

Item si quis ignatus virginem in uxorem duxerit, et ad eam acta sit, ut mulier fore non possit, ut dicitur, ad naturam contraxerit, ut ope medicorum non possit adjuvari: aut mulier virum acciperet, qui non potest esse naturae, ut eidem carnaliter commisceri non poterunt invicem separari: & qui matrimonium non fecerit, ad secundas nuptias libere transitum facit. In tali tamen coeundi impotentiam casibus, post separationem aliam acciperit, aut ea & quae non potest, quem inveniit, qui sibi seorsum retinetur, non potest peractam poenitentiam, ad priorem conjugii nullum appellandi erunt.

Quem qui duxit vel retinuit sine copula carnali, debet se fororem, si non potest habere vel uxorem, h. d.

Planè si scierit, d quis cum eo, qui mulierem impotentem comperta postmodum impotens, deinde alterius confecerit, his casibus Ecclesia iudicare non potest, ut quos viri tanquam uxores habere non possunt, ab altero forores.

Ob fornicationem carnalem vel spirituales non fit matrimonium, sed fit separatio tunc, h. d.

Se pius tamen accidit, ut matrimonium contractum, tunc tantum fiat separatio, ut supra, si alter conjugum carnaliter vel spiritualiter fornicationem, quibus casibus matrimonium minime dissolvitur, sed sunt invicem conjuges, etiam separati.

Pendente iudicio super adulterio, non habet locus separatio, h. d.

Ed & separatio non institui statim de crimine actione, faciendae erit: sed probata & declarata, interim enim pendente iudicio, conjugum alterum, quod habet in altero, privari non poterit.

Falsa separatio tunc est fornicationem carnalem, post separationem non compelluntur conjuges se reconciliare: foris, si in seculo non compelluntur ingredi religionem, nisi si alter velis monasterium ingredi, h. d.

Multum autem interest, utrum ob carnalem, an vero ob spirituales fornicationem tunc fiat separatio. Primo enim casu maritus adulterum conuincit.

a C. quanto, ext. de divor. b super rei quae non est, glo. 1. & 2. c. C. si quis in se, ext. de for. & malis. d C. si quis in se, ext. de for. & malis. e C. si quis in se, ext. de for. & malis.